

PLINIIUS II.

233. Qui voluptatibus dediti, quasi in diem vivunt, vivendi causa quotidie faciunt. Lib. 5, epist. 5, ad *Maxim.*

234. Fructus voluptatibus crescit carendi dolor. Lib. 8, epist. 5, ad *Geminium.*

SENECA.

235. Cuique vera voluptas erit, voluptatum contemptio. *De vita beata*, cap. 4.

236. Quo die infra voluptatem fueris, et infra dolorem eris. *Ibid.*

237. Voluptas quiddam est humile, servile, imbecillum, caducum: cuius statio ac domicilium, fornicæ et popinæ sunt. *Ibid.*, cap. 7.

238. Voluptas tunc, cum maxime delectat, extinguitur nec multum habet loci: itaque cito implet et tædio est, et post primum impetum marcescit. *Ibid.*

239. Voluptas venit transire celerrime: eo enim pervenit, ubi desinat; et dum incipit, spectat ad finem. *Ibid.*

240. Tam bonis quam malis voluptas inest, nec minus turpes dedecus suum, quam honestos egregia delectant. *Ibid.*, cap. 8.

241. Voluptas vera non est merces, nec causa virtutis, sed accessio: nec quia delectat, placet: sed quia placet, delectat. *Ibid.*, cap. 9.

242. Quid mihi voluptatem nominas? hominis bonum quero, non ventris, qui pecudibus ac belluis laxior est. *Ibid.*

243. Tu voluptatem complecteris, ego compecco: tu voluptate frueris, ego utor: tu illam summum bonum putas, ego nec bonum: tu omnia voluptatis causa facis, ego nihil. *Ibid.*, cap. 10.

244. Qui voluptatem sequitur, videtur eueris, fractus, degenerans a viro, perveriturus in turpia. *Ibid.*, cap. 13.

245. Voluptates quo magis implentur, eo magis inexpleribiles sunt. *Ibid.*

246. Qui sectatur voluptatem, omnia postponit, et primam libertatem negligit, ac pro ventre dependit: nec voluptates sibi emit, sed se voluptatibus vendit. *Ibid.*, cap. 14.

247. Nec patriæ quidem bonus tutor, aut vindex est, nec amicorum propugnator, si ad voluptates vergit. *Ibid.*, cap. 15.

248. Cito nos omnis voluptas relinquit, quæ fluit et transit, et pæne antequam veniat, auferitur. *De Consolat. ad Polybium*, cap. 29.

249. Voluptas fragilis est, et brevis: fastidii objecta, quo avidius hausta est, citius in contrarium recidens: cuius stibinde necesse est, aut peniteat, aut pudeat. Lib. 7, de *Benef.*, cap. 2.

250. Voluptas est res humilis, membrorum turpium ac vilium ministerio veniens, exitu foeda. *Ibid.*

251. Omnium rerum voluptas apud imperitios,

ipso quo fugare debet, periculo crescit. *Ibid.*, cap. 9.

252. Si vis esse in perpetua voluptate, non voluptatibus adjiciendum, sed detrahendum. Epist. 21.

253. Hæc quibus delectatur vulgus, tenuem habent ac perfusorium voluptatem: et quodeunque investitium gaudium est, fundamento caret. Epist. 23.

254. Credo vanas esse voluptates, breves, penitendas. *Ibid.*

255. In præcipiti est voluptas, ad dolorem vergit, nisi modum teneat: modum autem tenere in eo difficile est, quod bonum esse credideris. *Ibid.*

256. Dimitte istas voluptates turbidas, magno luendas supplicio: non ventura tantum, sed et præterita nocent. *Ibid.*

257. Improbarum voluptatum, etiam post ipsas penitentia est: non sunt solide, non sunt fideles: etiam si non noceant, fugiant. Epist. 27.

258. Quis hostis in quemquam tam contumeliosus fuit, quam in quosdam voluptates suas sunt? Epist. 39.

259. Voluptatibus se immergunt, quibus in consuetudinem adductis, carere non possunt: et ob hoc miserimi sunt, quod eo perveniunt, ut illis, quæ supervacua fuerant, facta sint necessaria. Serviunt itaque voluptatibus suis, non fruuntur: et mala sua (quod malorum ultimum est) amant. Epist. 39.

260. Indurandus est animus, et a blandimentis voluptatum procul abstrahendus. Epist. 51.

261. Non est emolliendus animus; si voluptati cessero, cedendum est dolori, cedendum labori, cedendum est paupertati. *Ibid.*

262. Voluptates præcipue exturba, et invisissimas habeo: quia latronum more, in hoc nos amplectuntur, ut strangulent. Epist. 51.

263. In ipsis voluptatibus causæ doloris oriuntur. Epist. 91.

264. Voluptas, bonum pecoris est, non hominis. Epist. 92.

265. Voluptas ultro dissolvit, et omne robur emollit. *Ibid.*

266. Indulgere voluptati, initium omnium malorum est. Epist. 110.

267. Voluptatem natura necessariis rebus admiscuit, non ut illam peteremus, sed ut ea sine quibus non possumus vivere, gratiora nobis illius fierent accessione. Epist. 116.

268. Si voluptas suo veniat jure, luxuria est. *Ibid.*

269. Voluptas humilis res, et pusilla est, et in nullo habenda pretio. Epist. 123.

S. PHIL.

270. Voluptuosum Deus non exandit. Sent. 64.

Vide etiam tit. *Adolescentia*, sent. 44; *Caro*, sent. 71; *Compositio*, sent. 13; *Crimen*, sent. 53; *Diabolus*, sent. 123; *Fornicatio*, sent. 24; *Fraus*, sent. 14; *Laqueus*, sent. 16; *Libido*, sent. 49, 55, 69; *Locus*, sent. 20; *Meretricium*, sent. 35; *Mors*, sent. 165; *Mundus*, sent. 167; *Necessitas*, sent. 10; *Nimietas*, sent. 37; *Nutrientum*, sent. 32, 33, 34, 35, 37; *Occupatio*, sent. 39; *Obedientia*, sent. 129; *Obvitiatio*, sent. 8; *Perversitas*, sent. 15; *Religiosus*, sent. 118; *Relinquare*, sent. 41; *Rex*, sent. 90; *Resurrectio a peccato*, sent. 65, 152; *Sollicitudo*, sent. 49; *Spectaculum*, sent. 29; *Suavitas*, sent. 34, 39; *Temperantia*, sent. 33, 34; *Vanitas*, sent. 56; *Vinum*, sent. 70.

VOTUM.

S. ANTONIN.

Definitio. Votum est promissio melioris boni, animi deliberatione firmata. Part. 2, tit. 11, de *Voto*, cap. 2.

S. BONAV.

Votum est conceptio melioris propositi, animi deliberatione firmata. In *Speculo anime*, cap. 3.

S. GREGOR.

Votum est promissio alicujus rei, quæ pietatis nomine deditur, et sacris destinatur. Orat. 2, de *Orat. Dominica*.

S. HIERON.

Votum est attestatio quædam promissionis spontaneæ, quæ ad solum Deum, et ad ea quæ Dei sunt magis proprie referunt. Serm. 53.

S. AUGUST.

Vovere est testificatione promissionis spontaneæ Deo se obligatum ac debitorem statuere. *Ibid.*

S. CYPRIAN.

Votum est liberalis et gratuita obligatio in laudem Creatoris, et in recognitionem suæ providentiæ facta. Part. 4, in *Descript. terminor.*, cap. *Justitia*.

S. PHILIP.

Votum intelligitur proprie devotio, quando quis non sua tantum, sed etiam seipsum eorum dominum, Deo donum dedicat. Lib. de *Somniis*.

S. THOMAS

Votum est voluntaria promissio Deo facta de meliori bono. 2, 2, quæst. 88, art. 2.

S. AUGUST.

Votum (si propria ejus spectetur natura) nihil aliud est, nisi sponsionis quoddam genus, quo quispiam ætatis aut saltem rationis mature, deliberatione et proposito antegressis, aliquod excellens bonum, quod in sua libera potestate situm est, Deo sponte promittit. 2, 2, quæst. 88.

S. GREGOR.

Divisio. Votorum aliud occultum est, et coram Deo tantum: aliud manifestum, etiam coram homine. *Prosec.*

S. AUGUST.

Occultum votum fractum, peccatum est: manifestum fractum, peccatum et scandalum est. Serm. 53.

S. GREGOR.

Triplex est votum: baptismi, quod esse debet in omnibus; ordinis, scilicet in clericis; religionis, scilicet in religiosis. Super *Psalms. LV.*

SENTENTIE PATRUM.

S. ANSELM.

1. Nullatenus reprehendus est qui quod bonum est, votit, sed qui non reddit quod votit. *Prosec.*

2. Certum quippe est, quia qui bonum vovit, ipso voto Deo placet: qui ergo aliquid boni vovit, non peccat, quia fecit unde Deo placeat: sed festinet reddere quod vovit, ut plus placeat. Epist. 1, ad *Helinandum*. Super illud *Psalms. LXXV: Vovete et reddite*, etc.

3. Certus esse debes cum teipsum Deo totum vovisti et reddidisti, quod solvisti omnia minora vota quarumlibet actionum, quæ prius sine iuramento, et fidei obligatione promissisti. Epist. 11, ad *Richardum monachum*.

4. Quanto votum est solemnius, tanto est majoris meriti. Part. 2, tit. 11, de *Voto*, cap. 2, § 8.

5. Qui declinat a bono proposito, et post votum tendit ad vomitum, hic ore blasphemie, et lingua malleo contudit Christum. *Serm. in die Parasceves*.

6. Scire debemus et nequaquam ignorare, quod quæcunque promittimus Deo, non ea deinde nostra esse, sed Dei: et si inde quid defraudamus, ea non nos sumere jam tanquam nostra, sed ut Dei, sacrilegio compilare. *De Passione et cruce Domini*.

7. Quia jam vovisti, jam te obstrinxisti, aliud tibi facere non licet. *Prosec.*

8. Priusquam esses voti reus, liberum fuit, quo esses inferior: quamvis non sit gratulanda libertas, quæ fit ut non debeatur, quod cum lucro redditur.

9. Nunc vero quia tenetur apud Deum sponsio tua, non te ad magnam justitiam invito, sed a magna iniquitate deterreo: non enim talis eris, si non feceris quod vovisti, qualis mansisses si nihil tale vovisses: minor enim tunc esses, non peior, modo autem tantum (quod absit) miserior, si fidem Deo freris, quanto beater, si persolveris.

10. Non te vovisse peccat, imo gaude jam tibi sic non licere, quod cum tuo detrimento licuisset: aggredere itaque intrepidus, et dicta imple factis, ipse adjuvabit, qui vota tua expetit: felix est necessitas, quæ in meliorem compellit. Epist. 45, ad *Armentarium*.

11. Cum quisque non reddit quod non imperio compulsus, sed consilio communiter vovit, tanto magis fraudati tui angust iniquitatem, quanto minus habuit vovendi necessitatem. *De Bono viduit.*, cap. 14.

12. Si nondum Deo vovisses, exhortaremur profecto ut voveres: quia vero jam vovisti, exhortamur ut perseveres. *Ibid.*, cap. 19.

13. Post voti professionem perseverantior frandendum et vincendum est quod libet, quia jam non licet. *De Bono viduit.*, cap. 14.
14. Virginali et viduali continentia expetita et electa, et voti debito oblata, jam non solum capessere nuptias, sed etiam si non nubatur, nubere velle damnabile est. *Ibid.*, cap. 9.
15. Quod cuiquam antequam vovisset, licebat, cum id se nunquam facturum voverit, non licet, si tamen id voverit, quod vovendum fuit. *Lib. 1, de Adulterinis conjug.*, cap. 24.
16. Vovisse ac reddidisse laudis est. *De sancta virginit.* cap. 14.
17. Arripias curesque reddendum, quod Deo te vovisse nosti, qui et debita exigit, et promissa persolvit: quid ergo aliud tibi suadendum fuit, aut quid melius ab homine fieri potest, quam ut ei se resitnat, a quo institutus est. *Epist. 65, ad Armentarium.*
18. Quisque quod vovere voluerit, vovet: illud tamen attendat, ut quod voverit, reddat. *Super Psalm. lxxv.* vers. penul.: *Vovete et reddite.*
19. Unum sit ex professione tua, vovisse: aliud ex adiutorio Dei perficitur, reddere. *Ibid.*
20. Melius est non vovere et reddere, quam vovere et non reddere: sed debet esse impiger animus ut et voveat et reddat, ne cum se minus idoneum putat ad reddendum, piger sit ad vovendum: plane nunquam reddat, si de suo putaverit redditurum. *Super Psalm. cxxxii.* vers. 1, *Vovete et reddite.*
21. Non coacte, sed sponte, et usque ad mortem vivere sine proprio, profiteri voluisti: promittere tuum fuit, sed dimittere non est tuum. *Serm. 5, ad Fratres in eremo.*
22. Melius est non vovere, quam post vota promissa, ipsa non tenere: multo et melius est non promittere, quam fidem promissam non adimplere: peius insuper fuerit, si non reddideris quod promissisti, quam si votum nunquam emisisses. *Ibid.*, serm. 62.
23. Sint quedam quae etiam non voventes debemus, quedam etiam quam nisi voverimus, non debemus, sed postquam ex Deo promissimus, necessario reddere constringimur. *Hab. in Decret. Gratiani*, part. 2, caus. 17, quest. 4, can. *Sunt.*
24. Reddite quod vovistis, quia vos ipsi estis, et ei vos redditis a quo estis. *Epist. 45.*
25. Non Deo quisquam quidquam recte voveret, nisi ab illo acciperet, quod voveret. *Lib. 17, de Civit. Dei*, cap. 4.
26. Conjugati ex consensu vovere possunt; quod tamen alterum sine altera, vel alteram sine

- altero vovere fas non est. *Lib. 4, de Adult. conjug.*, cap. 24.
27. Quae rectissime voverunt, cum homines voverint, nulla conditione rumpenda sunt, quae sine ulla conditione voverunt. *Ibid.*
28. Ille qui virginitatem Deo voverit, sine nuptiis non sunt. *Tract. 9, super Joan.*
29. Stulta vota frangenda sunt. *In suis Prov.*, verbo *Stulta.*
30. Primam necessitatem sua cuique facit in promittendo voluntas: secundam praecipientis auctoritas: tertiam, praeccepti dignitas. *De praeccepto et dispens.*
31. Nullum sacrilegii crimen reperitur deterius, quam in voluntate semel oblata Deo reacipere potestatem. *Epist. ad quemdam.*
32. Haec sunt tria (scilicet, obedientia, paupertas, et castitas) verae Religionis insignia, quae hominem Deo et Angolis reddunt conformem, coelestis patriae civem conscribant et haereditem. *Serm. 2, in Cena Dom.*
33. Octo sunt, quae votum impediunt, pudor, timor, desperatio, praesumptio, error, oblitio, ignorantia, negligentia. *Super Psalm. cxxxii.*
34. Vovere est voluntarium, sed reddere necessarium: quia aliqui homo est falsus in promisso. *Super Ecclesiasten*, cap. 5.
35. Regularis vel Religiosus, votum continentiae et castitatis, votum obedientiae et humilitatis, et votum indigentiae sive paupertatis, debet profitendo labiis distinguere, et toto tempore vivendo servare. *Serm. de Dedicat.*
36. Votum Religiosus sine exercitatione perfectae virtutis, non est perfectio, sed perversio; non perfectionis sublimitas, sed simulatio equitatis. *In Apolog. pauper.*, resp. 4, cap. 3.
37. Vota incauta laudabiliter solvenda sunt: nec est praevicatio, sed temeritatis emendatio. *Hab. in Decret. Gratiani*, part. 2, caus. 29, quest. 4, can. *Diffinitio.*
38. Fractio voti enormis est peccatum, quam violatio iuramenti. *In Hymno de tempore feriati ad Matutin.*
39. Nulli Christiano licet dubitare, quin multo melius, salubrius, perfectius, ac Deo placentius sit facere opera bona ex voto, quam sine voto. *Prose.*
40. Qui bona agit ex voto, offert arborem cum fructibus Deo. *De Profess. monast.*, art. 3.
41. Religiosa persona implere debet desideria vota sua ex puro Dei amore, potius quam infinita praemiorum, aut timore suppliciorum. *Ibid.*, art. 14.
42. Obedientia votum aliis duobus votis est dignius atque sublimius. *Ibid.*, art. 14.

S. EUSEBIUS
EMISENUS.S. FRANCIS
ASSISIENSIS.FRANCISCUS
TITELM.

V. BRADA.

S. BERNARDUS.

GREGOR.
&
S. GREGOR.
MAGNUS.

GRATIANS.

S. GREGOR.
MAGNUS.

S. HILARIUS.

CONCILIUM
BERTIN.DIONYSIUS
CARTIUS.S. GREGOR.
NAZ.

S. HIERON.

43. Multum est quod ad eremum veniendo promissimus Deo, sed multa sunt, quae speramus a Deo. *Homil. 8, ad Monachos.*
44. Magna promissimus, majora promissa sunt nobis: servemus haec, suspiremus ad illa. *In suis Opisc.*, colloquio 33.
45. Vota illa, quae ex voluntaria obligatione facta sunt, quibus nos ipsos Deo addiximus, sic solvenda sunt, ut negligere omnino non liceat, quin iram Dei promereatur omissio. *In Annot.*, super *Psalm. xlix.* vers. 15.
46. Qui vota vovit, sed pro infirmitate solvere non valet, ei ex peccati poena hoc agitur, ut volenti bonum posse subtrahatur: cum vero ea quae obisistit culpa deleritur, fit prolium ut votum possit sequatur. *Super illud, Job xlii: Vota tua reddes.* Et *Greg. Magn. lib. 16 Moral.*, cap. 9, *Job xlii: Vota tua reddes.*
47. Stulta vota frangenda sunt. *In Decret.*, part. 2, caus. 22, quest. 4, can. *Pejorabis.*
48. Quanto citius malum votum impleri permittitur, tanto celerius punitur. *Lib. 15 Moral.*, cap. 12, super illud *Job xx: Cum habuerit quon accipierit*, etc.
49. Cum quis suum aliquid Deo vovet, et aliquid non vovet, sacrificium est: cum vero omnia quod habet, omne quod vivit, omnia quod sapit, omnipotenti Deo voverit, holocaustum est. *Homil. 20, super Ezech.* super illud: *Ibi locabunt holocaustum.*
50. Considera iudicium Dei quod increatur, qui semetipsum Deo vovit, et continuo mundi desideris irretitus, mentitus est quod vovit. *Lib. 4, in Registro*, indict. 9, cap. 33, epist. 33, ad *Veneratum Conciliar.*
51. Si inter homines solent bonae fidei contractus nulla ratione dissolvi, quanto magis pollicitatio, quam cum Deo quis pepigit, solvi sine vindicta non poterit? *Hab. in Decretis Gratiani*, part. 2, causa 27, quest. 1, can. *Viduas, § Si enim.*
52. Promissio per votum facta, opere adimpleatur: multo esset salius, nec vovere quidquam, nec promittere, quam post votum, negligere votum. *Super Ecclesiasten*, cap. v.
53. Redde quod praesente Deo spondidisti: incerta est vita mortalium, ne ante rapiaris, quam tuam impleas sponsonem. *Epist. 46, ad Rusticum.*
54. Ideo plus amat virgines Christus, quia sponte tribunt quod sibi non fuerat imperatum. *Lib. 4, adversus Iovin.*
55. Majoris gratiae est, offerre quod non debeas, quam reddere quod exigaris. *Ibid.*
56. Melius est non promittere, quam promissa

- non facere: quia displicent Deo, et inter insipientes computantur, qui vota non explent. *Super Ecclesiasten*, cap. 5, super illud: *Cum votum voveris.*
57. Bene non fit, etiamsi de bono fit, illud votum in quo vovetur quod non licet, vel post non expedit. *Serm. 53, de Divers.*
58. Vovisti Deo virginitatem tuam, et quod votum perdidisti: virginitas autem semel amissa, reparari, aut recuperari non potest. Quid ergo reddes Deo pro eo quod vovisti, et irrecoverabiliter perdidisti? audi, redde penitentiam tuam, redde contritionem, redde humilitatem. *Ibid.*
59. Hoc si voves, imo quia voves, non enim bonis esse potes, si non hoc voveris, redde quod vovisti: et ipsum quod vovisti: quia si aliud reddere volueris pro isto, Deus non accipit quodcumque fuerit illud. Si voves et reddis, accipiet: si non voves, vel post votum reddere nolueris, tollet. Si ergo reddis, pro dato remunerabit: si non reddis, pro non dato condemnabit. *Ibid.*
60. Votorum est aliud occultum, et coram Deo tantum, aliud manifestum, etiam coram homine. Occultum votum fractum, peccatum est; manifestum votum fractum, peccatum et scandalum est. *Ibid.*
61. Hodie multi in tribulatione promittunt Domino, quod postea non solvunt, cum tamen votum in tribulatione factum non minus obliget. *Super Exod.*, cap. viii.
62. Homines inter se nonnunquam aut falluntur, aut fallunt: Deus autem ab homine falli non potest: quidquid promiseris exigit, quidquid voveris inquirit. *Serm. de Fide, spe, et charitate.*
63. Non debes votum destruere, cuius te pignus conspicias retinere.
64. Non potest ad praemium tendere, qui professionem noluerit adimplere: nec accipere poterit quod promittitur, nisi anle impleverit quod iubetur. *Ibid.*
65. Si aliud gesseris quam voveris, et fidei nomen perfrida voluntate dissolveris, destinatio supplicio necesse est subjungaris. *Ibid.*
66. Facile votum implebit, qui charitate divina plenus fuerit. *Super Prolog. Regulae S. Benedict.*, cap. 1.
67. Vovere quidem, vel dimittere, in te fuit: sed non reddere votum in te non est. *Ibid.*
68. Fac de necessitate virtutem, qui voluntatem mutasti in necessitatem. *Ibid.*
69. Redde quod vovisti, et duplicem coronam habebis. *Ibid.*
70. Est libera voluntas ante professionem, sed necessaria fit post voti omissionem. *Ibid.*, cap. 2.

HUGO A. S.
VICIORS.

HUGO CARD.

S. JOANNES
CHRYSOST.JOAN.
TAITI.

71. Considerate nunc, fratres, quoniam nisi opere compleveritis quod promisistis, non servi Dei, non amici, non monachi, sed irrisores eorum omnipotentem Domino eritis iudicandi. Lib. 1, humil. 4, ad *Monachos*.

72. Sunt quedam, quae etiam non voventes Domino debemus; et sunt quedam, quae nisi voverimus, non debemus; sed postquam ea Domino promisimus, necessario reddere constringimur. *Ibid.*

73. Non licet vobis, nec potestis votum semel emissum revocare. *Ibid.*, humil. 20.

74. Majoris est laudis, excellentioris est meriti, et abundantioris praemii, ratione voti bonum opus ex obedientia facere, quam si fiat sine voto ex propria voluntatis libertate. Lib. 2, ad *Monachos*, serm. 7.

75. Ansequam Deo promittere, liber eras, et tui arbitrarit postquam autem promisisti, Dei esse copisti; jam tibi non licet dimittere, quod juris Dei est. *De ruina monast. ordin.*, cap. 4.

76. Facit promissio debitum, quod voluntas deliberaverat vovendum. Epist. 2, ad *Adolescent.*

S. ISIDORUS
HISPALENSIS. 77. Multi obliviscuntur voti, quia caput illi illecebris vanitatis. Lib. 3, de *Sum. bono*, cap. 22, sent. 1.

78. Qui saeculo renuntiare disposuit, transgressionis reatu astringitur, si votum mutaverit. *Prosec.*

79. Atrociter enim in discussione divini iudicii arguendi sunt, qui quod professione spondederant, implere opere contempserunt. *Ibid.*, sent. 43.

80. Firma est Sacramenti tui fides, fac hominum quod spondidisti, non sis in verbis facilis, et in opere difficilis. *Prosec.*

81. Coram Deo facile aliquid non promittas; sine consideratione virtutum nihil voveas, quod non potes facere non pollicearis.

82. Multum Deo reus eris, si non reddis quod voveris.

83. Displicent Deo, qui vota sua non implent.

84. Inter infideles computantur, qui quod voverunt, non impleverunt.

85. Melius est enim non promittere, quam promissa non reddere. Lib. 2, de *Synonymis*, cap. 10.

86. In malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum, quod incaute vovisti, non facias. *Prosec.*

87. Impia est promissio, quae scelere impletur. *Ibid.*

S. ISID. PEL. 88. Deo munus minime promississe, periculo

vacat: at cum aliquid voveris, id minime prestare, condemnatione dignum est. Lib. 1, epist. 161, ad *Theonem*.

89. Ambigi non potest crimen magnum admitti, ubi et propositum deseritur, et consecratio violatur. *Prosec.*

90. Si humana pacta non possunt impune calcari, quid eos manebit, qui corruperint fœdera sacramenti? Epist. 92, ad *Rustic. Narbonens. episc.*, cap. 15.

91. Perjurus est, qui mendaciter jurat in nomine Domini: qui promittens Deo se studiosam vitam acturum, a promissione sua aliena sectatur. Centur. 4, de *Virt. et vitiis*, cap. 67.

92. Vovele et reddite: convertisti in necessitatem tuam libertatis arbitrium, nec sine animae periculo et fame dispendio votum tuum detrectare poteris aut deferre. *Prosec.*

93. Nam oblatum exigit, qui non exegerat offerendum.

94. Non est aliud votum protrahere, quam luxuriare in Christo.

95. Nec enim promissiones Dominus acceptat, nisi propter promissionis effectum.

96. Festinantius ergo age, ne voti tui executionem mors inopinata praeveniat. Epist. 11, ad *Quendam cleric.*

97. Voluntas in necessitatem translata est, et vinculo professionis aeternis reddere vota. *Prosec.*

98. Quandoque in arbitrio fuit, jugum Domini non recipere: semel autem susceptum non licet abjicere. *Ibid.*, epist. 131, ad *Quendam prior.*

99. Votum religiosae professionis acceptum semel, nulla occasione est postea irritandum. *Ibid.*, epist. 132, ad *Quendam abbat.*

100. Qui non reddit quod vovet, quasi Deum provocat et irridet. Serm. 70, de *Dedicat. Eccles.*

101. Spondidisti, et sponsonem violare non metuis? vovisti, et votum solvere negligis? Opusc. 42, disserat. 2, cap. 2.

102. Vota stultorum frangenda sunt. Lib. 4, *Petr. Lomb. Mag. Sent.*, dist. 38.

103. Magnum hoc votum appellatur, seipsum dedicare, nihil enim quisquam possidet seipso pretiosius. Lib. 1, de *Victimis*.

104. Quisque bene cogitat quae voveat Deo, et quae vovendo persolvat, seipsum voveat et reddat: hoc exigitur, hoc debetur. Imago Caesaris reddatur Caesari, imago Dei reddatur Deo. *Apud August.*, sent. 15.

105. Qui votum fecerit, et voverit et spondiderit, voti tenorem (quantus esse debeat) iulminare contendit. Lib. 2 super *Levit.*, cap. XLVI.

S. LEO I.

S. MAXIMUS
MART.

PETR. ELES.

S. PETERUS
DAMIANUS.PETR. LOMB.
MAG. SENT.

PHILOJUD.

S. PROSPER.

HERPERT.
ARB.

106. Gravissimum et valde periculosum est, non reddidisse quod voveris. *Ibid.*

107. Certum est non minus vitiorum, quam hostium esse captivum, qui non etiam inter mala tempora, bona vota servaverit. Lib. 3, epist. 4 ad *Pellicem*.

108. Laudabilis et meritorium est, quippiam ex voto facere, quam sine voto. 2, 2, quaest. 88, art. 5.

109. Inter omnia Religionis vota, obedientiae votum maximum est, per quod Deo homo offert totam suam voluntatem, quae omnibus corporis et fortunae bonis longe prestantior est. *Ibid.*

110. Si inter homines bonae fidei solent contractus nulla ratione dissolvi, quanto magis pollicitatio, quam quis pepigit cum Deo, solvi sine vindicta non poterit? *Ibid.*, quaest. 189, art. 3.

111. In tantum fertur obligatio voti, in quantum se extendit voluntas et intentio voventis. *Ibid.*, art. 4, in corpore.

112. Ad vovendum nos invitat Deus, non praecipit ut voveamus, sed ut vota reddamus. *Prosec.*

113. Vovere enim, voluntati consultitur sed post voti emissionem redditio necessario exigitur. *L. Perfect. vitae spirit.*, cap. 42.

114. Majus aliquid meretur apud Deum, qui ex voto aliquid facit, quam qui illud facit sine voto. *Ibid.*

115. Nullus qui non est sui juris potest emittere votum. Super 4 *Sent.*, dist. 38, art. 1 ad 3.

116. Nihil volis suis praestitit, cui necesse est invito reddere quod promisit. Homil. 4, de *Promissis*.

117. Quicumque se Domino votum promississe novit, statim reddat: certe qui solvendo non sufficit, non promittat. *Ibid.*

118. Tunc probas nihil te Domino de tua oblatione fraudasse, si iustitiae partes colas, integritatem diligas, sanctitatem quam promissisti exhibeas. *Ibid.*

119. Nihil futuro iudicio debet, qui quotidie vota persolverit. *Ibid.*

120. Gravius puniuntur, qui votum fecerunt, et votum non perfecerunt, quam illi qui sine voto mortui sunt, et tamen bona egerunt opera. In *Decret. Gratiani*, part. 2, caus. 12, quaest. 1, can. *Scimus*, § *Quicumque*.

SENTENTIAE PAGANORUM.

CICERO.

121. Sancte vota reddunt. Lib. 2, de *Legibus*, num. 21.

122. Magna est voti sponsio, qua obligamur Deo. *Ibid.*, num. 41.

123. Est iusjurandum affirmatio religiosa: Tom. IV.

quod autem affirmandum Deo teste promiseris, id tenendum est. Lib. 3, de *Offic.*

124. Voto nihil pretiosius. In *Dicitis sapient.*, ex graeco, dist. 19.

125. Nemini religiosus (quod juraverit) est custodiendum, quam cuius maxime inter non pejerare: magnum hoc erat, cum promitteres: majus postquam praestitisti. In *Paney. de Trajano Aug.*

126. Digna sunt vota, quae si suscipiantur, semper solvantur. *Ibid.*

127. Vota homines parcus facerent, si palam essent facienda. Lib. 2, de *Benef.*, cap. 1.

128. Hic est magnus animus, qui se Deo tradidit. Epist. 107.

129. Fidelem te esse professus, spondidisti pariter non peccare Deo. Sent. 225.

Vide etiam tit. *Dispensatio*, sent. 6, 21; *Meritum*, sent. 44; *Monialis*, sent. 9, 10, 11; *Obedientia*, sent. 229; *Oblatio*, sent. 94; *Promissio*, fere per totum; *Reddere*, sent. 2; *Religiosus*, sent. 123; *Sacubum*, sent. 51; *Sequi Christum*, sent. 123; *Virginitas*, sent. 92, 93.

VULNUS.

SENTENTIAE PATRUM.

1. Ecce vulnera mea non abscondo: medicus s. AUGUST. CS, aeger sum. Lib. 10 *Conf.*, cap. 28.

2. Morbos et vulnera curare pauci homines bene facere possunt. *De Morib. Eccles.*, cap. 28.

3. Non tibi deputatur ad culpam, quod vulnerata membra non colligis, sed quod volentes sanare contemnis. Lib. 3, de *Lib. Arb.*, cap. 19.

4. Non tanquam sani praeteriendi sunt, quorum vulnus in abdito est. Epist. 104.

5. Cavendum est ne cum rem dubiam emendari volumus, majora vulnera faciamus. Epist. 239.

6. Anima dolet, dum corpus vulneratur. Epist. 120, cap. 43.

7. Christus post resurrectionem voluit ut essent in corpore suo vestigia vulnereum, tanquam tituli gloriarium. Epist. 49, quaest. 1.

8. Medici cum alligant vulnera, apte id faciunt, ut vinculi utilitatem quaedam pulchritudo etiam consequatur. Lib. 1, de *Doctr. christiana*, cap. 14.

9. In corporibus animalium, nihil est aliud morbis et vulneribus affici, quam sanitae privari. In *Enchirid.*, cap. 11.

10. Carnalis substantiae vitium est vulnus, aut morbus. *Ibid.*

11. In corpore melius est vulnus cum dolore, quam putredo sine dolore. *De Nat. boni*, cap. 20.

12. Modeste vestusta vulnera pertractemus, et cauti simus, ne inter manus medici deficiat qui curatur. *De utilitat. jejunii*, cap. 9.

13. Christus est totus medicus vulnerum nostrorum. Tract. 3, super *Jean*.
14. Christus ibi vulnera tua curavit, ubi sua diu portavit. *Ibid.*, etc.
15. Medici ferramentum putredinem tollit, et quasi videtur vulnus augere: minus dolebat vulnus, quam dolet modo cum secatur. *Ibid.*, tract. 9.
16. Vulnera vulneribus infligit, quia scelera sceleribus addere non timui. *Lib. Medit.*, cap. 3.
17. Cutis que superducta vulneribus morbum celaverat, sanie erumpente putruit. *Ibid.*
18. Plus dolet vulneratus cum curatur, quam si non curaretur: sed ideo plus dolet accedente medicina, ut nunquam doleat succedente salute. Tract. 9, super *Epist. Joan*.
19. Nihil perversius quam de ipso vulnere, quod latere non potest, non erubescere, et de ligatura que erubescere. *Homil. 50, ex Quinquag. Homil.*, cap. 4.
20. Festinamus vulnerata curare, reparare perdit. *Ibid.*, homil. 16.
21. Deus tegat vulnera, non tu: nam si tu tegere vuleris erubescens, medicus non curabit. *Prose.*
22. Medicus tegat et curet, emplastro enim tegit: sub tegmine medici sanatur vulnus, sub tegmine vulnerati celatur vulnus. Super *Psaln.* xxx, enarrat. 2.
23. Non queris medicum, ut vulneres te; sed cum vulneraveris te, queris qui sanet te. *Serm. 5, super Evangel. de Verbis Domini*.
24. Utiliter malagma vel fibula calidis adhuc vulneribus apponitur, et cito ad sanitatem vulnus reducit, quod putrescere longa abusione non sinitur. *Serm. 4, Jer. 4, post 3 Dom. Quadrag.*
25. Calidis vulneribus solent medicamenta celerius subvenire: itaque non expectemus mortifera securitate vulnera ipsa putrescere, ne iterum vulnera vulneribus augeamus, sed continuo ad medicum recurrentes, salutem recipere festinamus. *Serm. 4, Jer. 4, post 4 Domini. Quadrag.*
26. Quando in corpore vulnus accepimus, si statim medicamenta requirimus, cito sanitatem recipere poterimus: si autem moram fecerimus, necesse est ut tardius ad sanitatem plaga ipsa redeat, aut aliqua foda cicatrix in corpore remaneat. *Ibid.*
27. Christus vulnera portavit in cœlum, ipsa iterum reportabit ad iudicium. *Serm. 7, de Vigilia Ascens.*
28. Devotus miles non sentit sua, cum benigni dicitur contrectu vulnera. *Serm. 61, super Cant.*
29. Plaga recessus dolore non caret; neque enim occulit vulnus, nec in tam brevi versum in insensibile est. *Lib. 4, de Consid. ad Eugenium Pap.*

S. BERNARD.

30. Vulneri vetusto et neglecto callus obducitur et eo insanabile, quo insensibile fit. *Ibid.*
31. Cum dolore abscondenda sunt vulnera, que leviter sanari non possunt. *Serm. 18, ad Saronem*.
32. Si operam medicantis expectas, oportet ut vulnus delegas tuum. *Lib. 1, de Consolat. philos.*, prosa. 4.
33. Clamat clavus, clamat vulnus, quod misericordie non est numerus. *Serm. de Ezalt. S. Crucis*.
34. Patet amor cordis per vulnera corporis. *Ibid.*
35. O cor pessimam, imo diabolicum! quare magis delectaris in vulneribus peccati, quam in vulneribus Jesu Christi? Part. 4, in *Stimulo amoris*, cap. 2.
36. O infelix homo! de ipso vulnere non erubescis, et de ligatura vulneris erubescis: peccatum enim vulnus est, penitentia ligatura vulneris est. *Homil. 43.*
37. Vix de foris aliquid potest esse remedium, quando intus est vulnus inclusum. *Ibid.*, homil. 4.
38. Que silentio conteguntur, difficile curantur. *Lib. 3, Recognit.*
39. Si erubescat egrotus vulnus medico detegere; quod ignorat, medicina non curat. *Session. 44, cap. 5, de Confess.*
40. Imperitus est medicus, qui tumentes vulnorum sinus manu parente contrectat; et in altis recessibus viscerum, virus inclusum, dum servat, exaggerat. *Prose.*
41. Aperiendum vulnus est et secandum, et putaminibus amputatis medela fortiori curandum.
42. Vociferetur et clamet licet, et conquiescat æger impatiens per dolorem, gratias agat postmodum, cum senserit sanitatem. *De Lapsis*, cap. 7.
43. Facilis cura est, ubi plaga perspicua est: et cito ad sanitatem medela subveniente perducitur vulnus, quod videtur. *De zelo et livore*, cap. 3.
44. Vulneri sane tam putrido, et antiquarum cicatricum fetori non inveniebatur medicamentum conveniens, nisi unguento sanguinis Christi plaga vetus limiretur. *De Passio. Christi*.
45. Sicut corpori vulnerato medicamenta, sic anime peccatorum vulneribus sauciata, medicina necessaria sunt junctura. *Homil. 3.*
46. Animarum vulnera tanto sublimiora sunt et immedicabilia, quanto natura anime sublimior est corpore. *Ibid.*, homil. 9.
47. Sæpe ex parva negligentia, ingentia atque incurabilia fiunt vulnera. *De Perfect. monachi*.
48. Ubi cœperit semel curatum vulnus, et jam clausum, intus sub pelle reputescere, plerumque majus est periculum, quam fuerit in primo vulnere. In *Annot. super Psalm. xxxvii*, vers. 5.

BOETIUS.

S. BONAV.

S. CECILIIUS
ARELAT.S. CLEMENS
PAPA.
CONCIL.
TRIDENT.

S. CYPRIAN.

S. ELIGIUS.

S. EPHEM.

FRANCIS.
TITELMAN.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR.
MAGNUS.

U. GREGOR.

49. Immedicabile vulnus ense recidendum est, ne pars sincera trahatur. Super illud *Ezech. 7: Et non parci*.
50. Qui uno vulnere non prosternitur, idcirco his terque percutitur, ut usque ad intima quandoque feriat. *Lib. 2 Moral.*, cap. 15, super illud *Job 1: Unnuntiare tibi*.
51. Vulnere clausa plus cruciant: quia cum putredo, que intrinsicus fervet, ejicitur, ad salutem dolor aperitur. *Ibid.*, lib. 7, cap. 26, super illud *Prov. 25: Sicut urbs patens*.
52. Miles Dei superne gratie fretus auxilio, sic vulnera infirmitatis sue curat, ut aliena non deserat. *Ibid.*, lib. 31, cap. 17.
53. Totum sese insidiantis hostis vulneribus detegit, qui nulla se munitione custodiæ circumcludit. *Lib. 7 Moral.*, cap. 17, num. 25.
54. Peritus medicus prius sana membra, que circa vulnus sunt, laudando palpat, et postmodum putridum sine vulneris feriendo transigit. *Ibid.*, lib. 24, cap. 9, num. 23.
55. Quid est virtus, nisi medicamentum? et quid est vitium, nisi vulnus? Quia ergo nos de medicamento vulnus facimus, facit Deus de vulnere medicamentum; ut qui virtute percutimur, vitio curemur. *Ibid.*, lib. 33, cap. 14, num. 17.
56. Quid horribilius dici, quid cogitari potest, quam damnationis vulnera suscipere, et dolores vulnorum nunquam finire? *Homil. 6, super Ezech.*
57. Medicus medicamentum vulnere apponit, et ea que purgata sunt refocet, et ea que putrida inveniuntur, mordet. *Ibid.*, homil. 18, super illud *II Cor ix: Ex abundantia est enim mihi*, etc.
58. Sic vulnus debes abscondere, ut non possis ulcerare quod sanum est: ne si plusquam res exigit, ferrum impresseris, necesse qui prodese festinas. *Lib. 9, in Registro*, indic. 3, cap. 8, epist. 8, ad Bonum abbatem monasterii *Ligrinensis*.
59. Vulnera corporum pro ipsorum corporum natura et robore vigorem exigunt medicina. *Lib. 5, in I Reg.*, cap. iv, super illud: *Quia absque retractione morietur*.
60. Omnipotenti medico nihil est insanabile, qui sicut medetur sine pretio, ista salutem restituit verbo. *Prose.*
61. Desperarem de vulnere, si non presumerem de omnipotenti, in *septem Psalm. Penit.*, super *Psaln. iv*, vers. 1.
62. Qui conspectis vulneribus usum medicaminis subtrahunt, eo mortis, auctores fiunt, quo minus quem poterant curare noluerunt. Part. 3, *Pastoral.* cap. 1, admonit. 15.
63. Si a circumspersionis sollicitudine cor destituitur, vulneribus aperitur. *Ibid.*, admonit. 33.
64. Non plaga percussit, grave est: sed ob plagam

- nequaquam refrrenari, longe est gravissimum. *Orat. 8, ob Patrem episc.*
65. Vide ne tacitum vivat sub pectore vulnus. *S. Hieron. Epist. 4, ad Rustic.*
66. Cavendum est vulnus, quod dolore curatur. *Epist. 9, ad Salvinam*.
67. Aliorum vulnus nostra sit cautio. *Epist. 10, ad Furiam*.
68. Summe sanitatis est, acerba vulnera sustinere. *Epist. 6, ad Amicum*.
69. Amatori præliorum, ornamenta sunt vulnera. *Ibid.*
70. Grandi plage, alta et proluxa opus est medicina. *Epist. 22, ad Susannam lapsam*.
71. Si erubescat agrotus vulnus medico confiteri, quod ignorat medicina non curat. Super *Ecclesiasten*, cap. x, super illud: *Si momorderit serpens*, etc.
72. Quot patimur vulnera, tot memur et coronas. Super *Psaln. xcii*, vers. 13.
73. Duabus ex causis solent cicatrices putrescere: vel quia non perfecte curantur vulnera, vel quia nociva non plene vitantur. Super *Psaln. xxxvii*, vers. 6.
74. Cogita, o homo, renovatum vulnus pejus dolere post curam: ideo sanitate indignus est, qui post curam semetipsam vulnerat. *Homil. 2, de Lapsu primi hominis*.
75. Non est tam grave pugnatum vulnerari, sed post vulnus desperare, vulnusque negligere. *Homil. 80, ad Popul. Antioch.*
76. Non est perniciosum in prælio vulnerari, sed post vulnus acceptum, desperatione curandi, medelam vulnere denegare. *Epist. 6, ad Theodor. laps.*
77. Vulnus donec superne tectum laterit, et profunda penetraverit, nulla ratione curatur. *Serm. 18, super Epist. ad Ephes.*
78. Scio plerosque non ita vulneribus, ut verborum plaga sauciari: nam illud quidem vulnus corpus suscipit, hoc autem anima. *Homil. 31, super Acta Apost.*
79. Non sola corporis vulnera, dum negliguntur, inducunt mortem, sed etiam ipsius animæ. *Epist. 5, ad Theodor. lapsam*.
80. Qui obstat quo minus vulnus curetur, non minori quam qui infligit, imo etiam graviori supplicio afficitur. *Homil. 44, super II Cor.*
81. Dum adhuc recens, atque in sanguine est vulnus, facile curari solet: nam que dura et neglecta, atque obducta vetustate sunt, difficillime sanantur, ingentique labore et ferro et canterio et igne visibili, ut curari possint, indigent. *Grad. 5.*
82. Tardius sanatur vulnus, quod jam putres-

NAZ.

S. HIERON.

S. INNOC. III

S. IOANNES
CHRYSOST.

S. JOAN. CR.

S. ISIDORUS

HISPALENS. centibus membris longo post tempore curatio- nibus adhibetur. Lib. 2, *de Summo bono*, cap. 23, sent. 10.

83. Vulnera mentis aperta, cito exhalant: clausa nimis exulcerant. *Ibid.*, cap. 29, sent. 27.

84. Vultus iteratum tardius sanatur. Apud Bedam, in suis *Scintillis*, cap. 9.

85. Vultus, quamvis grave sit, si apertum est, evaporat: valde enim comedit animum, vultus inclusum. *Prosec.*

86. Quanto enim magis id legis, tanto maxime augeat: aperi ergo hoc grato animo, et non te excruciat. Lib. 2, *de Synonymis*, cap. 7.

S. LEO I. 87. Demones curatione nostrorum vulnere vulnerantur. *Serm. 1 Quadreg.*

88. Saucius vulneribus, quibus humana infirmitas sauciatur, diligens est adhibenda curatio. *Serm. 5 Quadreg.*

S. NILVS. 89. Quo diutius manet, eo magis vulnus computrescit. *Orat. 2, de Luxur.*

90. Qui in multitudine versatur, assiduis vulneribus afficitur. *Ibid.*

S. PETRVS DAMIAN. 91. Insuperabilis miles est, cui virtus ex vulneribus crescit. *Serm. 32, de S. Apollinare.*

92. Timido manus medici vulnus augeat aegroti. *Opusc. 57, cap. 1, dissertat. 1.*

S. THEODOR. 93. Magna vulnera, magnis remediis indigent. Super *Psaln. 1*, vers. 1.

S. THOMAS AQUINAS. 94. Natura humana semper habuit cum vulnere, vulneris medicinam. *Part. 3, quaest. 31, art. 7.*

THOMAS A KEMPIS. 95. Plus invenies in vulneribus Jesu Christi, quam in possessione totius mundi. *Medit. 22, de Christi Pass.*, esp. 6.

SENTENTIA PAGANORUM.

CATO POET. 96. Vulnera dum sanas, dolor est medicina doloris. *Lib. 4, Distichor.*, metr. 81.

CICERO. 97. Contemneris vulnus, consuetudo docet. *Lib. 2, Tusc. quaest.*

SENECA. 98. Militares viri gloriantur vulneribus, lesi fluentem meliori casu sanguinem ostentant. *De divina provid.*, cap. 4.

99. Ad suspicionem vulneris tyro pallescit, audacter veterans cruorem suum spectat, qui scit se saepe vicisse sanguinem. *Ibid.*

100. Non venit vulnus ad cicatricem, in quo crebro medicamenta tentantur.

101. Ulcera animi magis, quam corporis sananda sunt. In suis *Proverbis*, in *fine positus*, litt. V.

SIXTUS PHILOSOPH. 102. Levius est omne vulnus, quam verbum. *Sent. 175.*

Fide etiam tit. *Error*, sent. 47; *Medicina*, sent. 72; *Palchritudo*, sent. 65; *Reviduatio*, sent. 9;

Salus animae, sent. 108; *Salus corporis*, sent. 4; *Tentatio*, sent. 230; *Vitium*, sent. 174.

ZELUS, ZELOTYPIA.

Definitio. Zelus animarum verus et perfectus est, quando aliquis sanctis meditationibus, ferventibus desideriis, lacrymis, orationibus, vigiliis, jejuniis, praedicationibus, confessionibus, consiliis, doctrinis, atque aliis bonis operibus, pro salute animarum laborat. *De Paradiso animae*, part. 1, *de Virtutibus*, cap. 27.

Zelus est quidam fervor mentis, quo quis debet incitari ad proficiendum cum melioribus. *Part. 1, tit. 6, cap. 2, § 6.*

Zelus est fervor animi, quo mens abjecto humano timore, pro defensione veritatis accenditur. *Ibid.*

Zelus est amor nolens habere consortium in amato. In *Prologo*, super lib. 4, *Sentent.* dubio 3.

Zelus est fervor animi ad compassionem naturae, et ultionem culpe, et devotionem gratiae promi. Super *Joelen*, in illud: *Zelus est Dominus*.

Zelus est dum pro amore justitiae, defensorem ultro se offert animo, calumniam veritatis pati non sustinens. *Lib. 3, de Arca Noe*, cap. 5.

Zeletypia proprie, est amor viri in uxorem, pro quo non potest sustinere, ut alii loquatur, vel munuscula mittat vel accipiat. Super *Numer.*, cap. 5.

Zelus non est aliud, quam quidam motus animi bonus, vel malus, tendentis in statum proximi, et importat fervorem amoris. Super *I ad Cor.*, cap. II, lect. 1.

Zelus est proprie effectus amoris magis, quam odii. 1, 2, *quaest. 28, art. 4, ad 3.*

Zelus est vehementis motus amantis in rem amatam. *Ibid.*

Differentia. Est zelus ad vitam, et est zelus ad mortem: ad vitam zelus est, divina praecipua servare, et amore Domini ejus cuslodire mandata. *Serm. 18, super Psalm. cxviii, vers. 3.*

Sicut est zelus amaritudinis malus, qui separat a Deo, et ducit ad infernum, ita est zelus bonus, qui separat a vitio, et ducit ad vitam aeternam. In *Regula*, cap. 72.

Est zelus malus, et zelus bonus: zelus malus vitat omne consortium, sed zelus bonus vitat tantum malos. In *Exposit. Prologi* super lib. 1, *sentent. Dubio 3.*

SENTENTIA PATRUM.

1. Josias zelo ut vicit superiores, ita et vos filii zelum Dei sumite; exquirat vos Dei zelus, et devoret. *Lib. 2 Offic.*, cap. 89.

2. Qui zelum Dei habet, pro Christo nec suis parcat. *De Isaac*, cap. 8.

3. Zelum habere debet sacerdos, qui incorruptam servare studet Ecclesiae castitatem. Super *Psaln. cxviii, serm. 18, vers. 3.*

4. Bonus zelus et utilis in sacerdote est, praecipue ne negligens, ne remissus sit. *Prosec.*

5. Melius est enim unius aut duorum damnatione plurimi liberentur, quam duorum absolutione plures periclitentur. *Ibid.*

6. Zelus Dei gratia est, qui exquirat, qui supervenit, qui se juste infundit pectori. *Ibid.*

7. Zelus Dei vita est: sicut enim in Adam devoraverat hominem mors prevalens, ita zelus devoravit quem vivificavit in Christo. *Ibid.*

8. Zelum qui habent, omnes sibi inimicos suos putant, qui sunt hostes Dei, quamvis pater, fratres, sorores sint. *Ibid.*

9. Zelo fidei populus gentilium, vitam sibi acquisivit aeternam, quam negligentia atque desidia, Judaeorum populus amisit. *Ibid.*

10. Contulit se zelus ad gentes, cujus tanta est gratia, ut electionis prerogativam viceit, et eruditionis industriam: et apprehendens populum ineredutum, fecit esse meliorem. *Ibid.*

11. Zelus charitas est, et durus: durus zelus, quem vitae hujus nulla vincit illecebra: durus sicut inferi, pro quem peccato morimur, ut vivamus Deo. *Ibid.*

12. Anguli sine zelo nihil sunt, et substantiae amittunt prerogativam, nisi eam zeli ardore sustentent. *Ibid.*

13. Zelus Dei aurum est igne probatum: hic est fidei vapor, devotionis fervor, qui nos velut in suavem cibum Christo remollit, et format. *Ibid.*

14. Zelo vindicatur Hierusalem, zelo Ecclesia congregatur, zelo fides acquiritur, zelo pudicitia possidetur. *Ibid.*

S. ANTONIN. 15. Ira virtualis, seu Zelus placeat Deum, augeat meritum, excitat proximum. *Part. 1, tit. 6, cap. 11, § 2.*

S. AUGUST. 16. Zelare dicitur Deus, cum creaturam suam, quam non vult perire, saepe castigat, corripit atque flagellat, et flagellando, ad se reducit. *De Essentia divinit.*, verbo *Zelare*.

17. Qui non zelat, non amat. *Contra Adimantum*, cap. 13.

18. Miles juncundantur, qui non amaro zelo bene operantes amulantur. Super *Psaln. civ.*

19. Zelus ille bonus est de amore veniens, non livore. Super *Psaln. cxviii, conc. 30.*

20. Quis comeditur zelo domus Dei? qui omnia quae forte ibi videt perversa, satagit emendare, cupit corrigere, non quiescit: si emendare non potest, tolerat, gemit. *Prosec.*

21. Vides fratrem currere ad theatrum, prohibe, mone, contristare, si zelus domus Dei comedit te.

22. Vides alios inebriari velle, quod non decet, prohibe quos potes, tene quos potes, tere quos potes, quibus potes blandire, nolli quiescere.

23. Si amicus est, admonetur leniter; uxore est se verissime referentur: ancilla est, etiam verberibus compeccatur: fac quidquid potes pro persona quam portas, et perficis, zelus domus tuae comedit me.

24. Unumquemque ergo Christianum zelus domus Dei comedit, in qua domo Dei membrum est. *Tract. 10, super Evang. Joan.*, de cap. 2.

25. Maligna mentis homines, tartareo zelo pleni sunt, lividi non in corpore, sed in corde. *De Oribus*, cap. 8.

26. Zelus Dei non habet mentis livorem, sed zelus Dei est providentia, quae non sinit eos quos subditos habet, impune amare quod prohibet. *Lib. 1, contra Adversar. legis*, cap. 20.

27. Quod zelus incitat, metus increpat. *Lib. Meditat.*, cap. 2.

28. Zelo domus Patris Salvator eiecit impios de templo: zelus et nos domum Dei, et quantum possumus, ne quid in ea pravum geratur, insistamus. Super *Joan.*, cap. 2, in illud: *Zelus domus tuae*, etc.

29. Zelantes aliqui sunt, qui contra aliorum delicta tam impudenter quam inaniter astuant, et seipsos tam insipienter quam inutiliter palpant. *Serm. 4, Advent.*

30. Maxime prelatos decet zelus ex dulcedine devotionis diligens justitiam, ex fervore emulationis odio habens iniquitatem. *Serm. 1, Nativit.*

31. Hic est zelus justitiae, quo adversus delinquentes accendimur, tanquam pietate ducti, erga eam quam contemni videmus justitiam Dei. *Serm. 2 Pasche.*

32. Zelum tuum inflammet charitas, informet scientia, firmet constantia. *Serm. 20, super Cant.*

33. Zelus tuus sit fervidus, sit circumspectus, sit invictus; nec torporem habeat, nec careat discretionem, nec timidus sit. *Ibid.*

34. Ille qui justitiae zelo semper est accensus, qui veritatem ubique zelat, qui sapientiae fervet studiis, amore Christi compungitur. *Ibid.*

35. Zelus qui immittitur, misericordia est: zelus qui intenditur, iudicium est. *Ibid.*, *serm. 69.*

36. Zelus pietatis suaviter ardet, efficaciter expiat. *Ibid.*

37. Ita foris exerce zelum disciplinam, ut lenitatem interius in mente. *Lib. de Passione Dom.*, cap. 49.